

De natura novi orbis

Chapter 24

THE ORIGIN OF THE NATIVE POPULATION

Acosta begins by explaining that written records of the facts he wants to discover do not exist in either hemisphere, and he must supply conjectures as to their arrival in their present locations.

At facilius est aliena improbare de origine Indorum, quam
 certi aliquid de suo afferre. Nam cum apud Indos nullae
 litterae in usu sint, nulla certa monumenta maiorum, apud
 nostros vero scriptores vix huius orbis vestigia extant, adeo
 5 ut quidam non solum homines, sed etiam terram hanc et
 caelum ipsum hoc de natura rerum, abstulerint, certa et
 explorata de origine prima Indorum, et prima habitatione
 huius orbis, qui se profiteatur allaturum, magnae is demum
 temeritatis notetur necesse est. Communiter autem et
 10 probabiliter ex iis, quae supra disputata sunt, colligere
 possumus, ad hunc novum orbem paulatim tempore
 procedente commeasse genus hominum, terrarum magis
 continuatione adiuvente, et navigatione succedente
 gradatim, quam uno aliquo aut apparatu classico aut
 15 magno naufragio. Quamquam et utrumvis horum partim
 contigisse non est absurdum.

VOCABULARY

adeo *adv* to such a degree, thus far, indeed
af•fero –ferre attuli allatum to report, explain
apparat•us –us *m* prepared plan, group, fleet
aufero auferre abstuli ablatum to remove, deny
coep•i –isse –tus *def* to begin
collig•o –ere collegi collectum to conclude, gather, collect
comme•o (1) to travel erratically or repeatedly
conting•o –ere contigi contactus to reach, touch, arrive
demum *adv* in fact
disput•o (1) to discuss
eva•do –dere –si –sum to turn out, come to be
ex(s)t•o –are ex(s)titi to exist, be
gradatim *adv* by degrees
lux lucis *f* flight, life
morat•us –a –um *adj* well-mannered
Occide•ns –ntis *m* the West
partim *adv* partly
plerumque *adv* generally
pro•cedo –cedere –cessi –cessum to advance, travel, come
profiteor profiteri professum to promise, profess
quam *w comp* as, than
quidam quaedam quoddam *pron* certain person, certain thing
succed•o –ere successi successum to advance, arrive
temerit•as –atis *f* rashness
us•us usus *f* use, practice
ut *conj* as (when it is not used with a subjunctive verb)

© Bolchazy-Carducci Publishers, Inc.
www.BOLCHAZY.com

©2016 Bolchazy-Carducci Publishers, Inc. this sample was created
 for Texas Proclamation 2017 adoption preview not for distribution.
 This document will expire May 31, 2017.

Cum enim sint infinitae regiones, innumerabiles gentes
 alias aliter inventas ac occupatas esse recte existimare
 possumus. Sed ut dixi, vicinitas aut continuatio regionum
 20 orbis terrarum certissima ratio est originis atque
 habitationis Indorum. Qua etiam ex re magis adducor ut
 putem hunc novum orbem occidentalem non multis abhinc
 annorum millibus habitatum, magisque ab hominibus
 silvestribus et palantibus, quam ab alia republica obitum
 25 (est), cum errore potius aut patriae angustiis novas sedes
 paulatim habitare coepissent, atque his assueti nihil nisi
 naturalis lucis ductum, eumque obscuratum, ac patriae
 fortassis gentilitiae aliquas consuetudines retinerent.
 Neque incredibilis est etiam si ex culta et bene morata
 30 republica profecti essent aliquando, tamen ipsa diuturnitate
 et desuetudine humana, paene omnia oblivione dele(vi)sse,
 cum tales esse in ipsa Hispania et Italia hominum greges
 praeter os et figuram hominis habentes praeterea nihil,
 notius fit, quam ut testibus egeat. Ita effectum est, ut
 35 immensus quidam barbarismus evaderet.

© Bolchazy-Carducci Publishers, Inc.
 www.BOLCHAZY.com

©2016 Bolchazy-Carducci Publishers, Inc. this sample was created
 for Texas Proclamation 2017 adoption preview not for distribution.
 This document will expire May 31, 2017.